



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 183. Concordiæ pacta Gallos inter & Anglos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

fides, nec ipsa Cæsar is salus in discrimen Sæcul. XV.
acta, eos absterrere sufficerent, quin signa A.C. 1420.
relinquerent, atque una omnes turpi fu-
ga elaberentur. Hac ignominia, ac si-
nistro fato Imperator adeo perculsus erat,
ut & ipse citato pede Bohemia excesser-
it; cuius absentia Zischa ad immania
quævis perpetranda liberam nactus co-
piam, plane inauditas crudelitates exer-
cere cœpit.

§. CLXXXIII.

*Concordiaæ pædæ Gallos inter &
Anglos.*

Philippus Burgundiæ Dux Patris sui cæ-
dem ulciscendi cupidine adeo impo-
tenter stimulabatur, ut nulla habita ratio-
ne extremi periculi, cui regnum illud
exponeret, ad quod tamen deficientibus
proximioribus hæredibus jure vocare-
tur, nuptias Regis Angliæ cum Cathari-
na Caroli VI. Filia ab illo expetitas pro-
movere decerneret. Itaque eo animo
cum Henrico Trecas in Campaniam venit,
ubi Galliarum Rex, qui ingenio parum
valebat, & Regina ejus conjux Henrico
addicta morabantur. Mox pacis foedus
ineunt, quod omnes, qui aderant, Opti-
mates, cunctæque liberæ urbes, quæ
huic factioni adhæserant, jurejurando fir-
mabant. Quibus peractis in Ecclesia

Ff 4 S. Joan-

Sæcul. XV. S. Joannis secunda die Junii nuptiæ Henrici V. Angliae Regis cum Catharina solemnni pompa celebrantur, Henrico de Savoisy Senonum Archiepiscopo Regios sponsos sacris cæremoniis conjungente, ipsoque Carolo VI. futurorum malorum ignaro, ejusque Conjuge Regina præsentibus, quæ in hac occasione contra Delphinum proprium Filium suum potius sese Novercam, quam Matrem exhibuit.

§. CLXXXIV.

Hujus pætitionis Articuli.

Juven. Urs. Hist. Car. VI Hujus foederis leges erant: Henricum a Carolo in Galliarum regno successorem agnoscendum, liberos masculos hoc matrimonio nascituros in Gallia successuros, si Pater socero superstes esset; vivente autem Carolo Henricum nomine Galliæ Regis non usurum; ast administraturum eum Rempublicam cum titulo Hæredis & Gubernatoris; utraque Galliarum, & Angliæ Regna unienda, & ab uno tantum capite tenenda esse, nimirum ab Henrico, ejusque mascula progenie, verumtamen salva utriusque independentia; utrumque Regnum particulares leges suas conservaturum, salvis quoque omnium harum Provinciarum, omniumque Personarum iuriibus, ac privilegiis. Cæterum pacem cum Delphino ineundam non esse, nisi uterque Rex, Burgundiæ Dux, &